



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,
Commentarii**

Sacchini, Francesco

Ingolstadii, 1616

Academiae fit Rector.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41515

possent, leuarentur. Quanquam deplorabat eo redactam rem, vt ne propositis quidem præmiis ac stipendiis ad sacra Theologiæ studia compelli iuuentus posset. Vsq̄ue adeò diuina viluerant.

*Academiæ
fit Rector.*

*Optimeque
munus gerit.*

Ecce autem tot laboribus presso nouus labor accedit, Rector ipsius Academiæ creatur. Per inuitus suscepit id muneris, tum quia indignum se, imparemq; censebat, tum quia verebatur ne non satis cum societatis disciplina congrueret. Sic tamē administrauit; vt multa esset materia laudes, gratiasque agendi bonorum autori, ac fonti Deo. Fatebātur vulgo palam studiosos in eo magistratu egisse multo, quàm soliti essent, modestius. Communis fuit trāquillitas etiam tum, cum tumultuandi impune, debacchandique licentiam dare videtur inueterata consuetudo feriis ante magnum ieiunium. Notandos, qui extabāt, Hæreticorum libros curauit: ne venderētur edixit: ne in posterum inferrentur cauit; qui quidem Grammaticis etiam, Rhetoricisque, & Dialecticis monumentis præsentia venena insperferant. Quæ altis fixæ radicibus vitiosæ consuetudines placide, subitoque obliterari nequibant, eas collegit omnes in commentarium, misitq; ad ipsa totius
Acade-